



~~17~~  
EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-1

SIGNAT. MDCCCXXIII.

L. N. J.  
MEMORIAM  
**GENTIS NESENIANAE**

in funere acerbissimo

VIRI

*Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi  
& Consultissimi,*

DOMINI

**JOHANNIS WILHELMI  
NESENI,**

Jcti Consummatissimi, Consulis Reipubl.

Zittaviensis longe meritissimi, Templorum Divi

JOHANNIS nec non PETRI ac

PAULI Procuratoris Primarii,

*cum d. 8. Maji M DCCXI.*

repentina quidem,

sed placida esset morte extinctus,

*d. 15. Maji*

in Templo Johannis

suum dormitorium

ad latus

desideratissimae Conjugis inveniret,

ex pietatis lege repetebat

simulque

**DOMO NESENIANAE**

dolorem

testabatur

**M. Adam Erdmann Mirus,**

Gymn. ConR.

---

ZITTAVIAE,

LITTERIS HARTMANNIANIS.

nd  
ols  
er  
täs  
ge  
ine  
war  
ber  
er  
war

Es  
hat  
ge  
hm  
yn/  
mm  
ng  
ch.  
che  
ch  
än  
abt  
gen  
uß  
also  
en.  
täs  
ind  
fen  
be  
tei  
äu  
det  
ach  
mit  
den  
len  
ern  
ein  
Die  
Eh

ntee  
Bis  
Le  
hen  
men





**P**erfca veneratione memorabile est,  
quod illustrius indies redditur  
NOMEN NESENIANUM.  
Coluerunt illud majores;  
colunt posteri.

Ambo virtutem aeternae memoriae consecrant,  
dum vident,  
vitam caducam non relinquere superstites,  
quos Reipublicae superstites maxime exoptant.  
Fundavit Nesenianam gentem Zittaviae CONRADUS,  
Continuavit CHRISTOPHORUS,  
Auxit JOHANNES,  
Illustravit GODOFREDUS,  
Amplificandam reliquit FILIIS  
virtutis paternae magnanimis haeredibus,  
quorum alter Consul de Republ. meritus est,  
alter Praetor de ea meretur.

CONRADUS quidem  
patriam deserens,  
Zittaviam hospes ingrediens,  
dulcem in ea patriam invenit,  
quam in nativo solo neglexerat.  
Vocatus enim a Magnifico Senatu Syndicus,  
solis ad instar  
eo sereniores radios sparfit;  
quo altius ascenderat.

Acceptus fuit  
ob autoritatem, prudentiam, fidem, dexteritatem  
& agendi felicitatem singularem  
Caesari Ferdinando I,  
acerrimus  
Civitati.

Ab illo Equestri dignitate donatus est;  
Ab hac  
arduum Consulis munus accepit.  
Habuit sub eo Civitas omnia,  
quamdiu hunc Consulem habuit,  
quia autoritate sua omnia avertit,  
quia averfa cupiebant esse civis.  
Omnia mala declinavit civitas,  
quamdiu Consulem de se non declinarum videbat,  
quia salutem Reipubl. anxie quaerebat,  
quaetiam Civibus ostendebat.

Vix

Vix radiantem obdlexerant  
moris tenebrae,  
cum instar phosphori e tenebris  
emergeret  
filius CHRISTOPHORUS,  
paternae virtutis  
non degener haeres.  
Gloriam a patre partam  
virtute auxit,  
virtutem gloria illustriorem reddidit.  
Cumque vincere parentis merita laboraret;  
immatura fatorum necessitate victus,  
gloriam gentis Nesenianae augendam  
reliquit

Filio JOHANNI.  
Hunc in mediis belli Germanici tumultibus  
Civitas Consulem coluit  
in periculis quidem sustinendis interritum,  
in evitandis hostium insidiis cautum,  
in malis avertendis indefessum,  
in commodis civium quaerendis alacrem atq; expeditum.

Cumque nihil sibi,  
omnia Reipublicae patriae daret;  
saepe non sensit Civitas,  
quae vicinas torfere fata,  
acerbissima potius incommoda  
in grata abiisse commoda laetata est.

Hunc exceptit  
filius GODOFREDUS,  
nomine, non omine  
tempore, non virtute  
a Majoribus diversus.  
Reipublicae patriae traditus,  
Praetor de ea meritus est,  
prudentiae acuminis,  
vitae innocentia,  
agendi promptitudine  
omnibus gratus atque acceptus,  
Senio confectus  
magis evanuit, quam mortuus est;  
nec in morte mortem sentiens,  
prius in coelo invenit gloriae coronam,  
quam anima terram deseruisse videbatur.

Aggregatus ad patres suos,  
FILIOS reliquit  
Nesenianae gentis propagatores,  
Patriae virtutis auctores,  
salutis publicae promotores certissimos,  
JOHANNES quidem WILHELMUS,  
quem

Cu-

Curia haecenus suum coluit Praesidem,  
Templa primaria Procuratorem,  
Civitas gratum delictum,  
tor virtutis monumenta posuit,  
quot annos Rempubliam administravit,  
inanem generis splendorem existimans,  
nisi novo indies lumine splenderet.

Totum se tradidit Reipublicae,

ut renata in eo videretur

CONRADI felicitas,

CHRISTOPHORI fidelitas,

JOHANNIS constantia,

GODOFREDI integritas.

Exercitatus domesticis caibus,

immotum retinuit animum.

Aspexit tot funera,

quot amavit pignora.

Apoplexia jam correptus

infertur in eundem tumulum,

in quem ante quatuor annos Conjugem intulerat.

Virtutis avitae lampada solus jam tener

FRATER NOBILISSIMUS & PRUDENTISSIMUS,

**DN. JOHANNES CHRISTIANUS NESENIUS,**

Dicalterii Praefes spectatissimus,

meritorum multitudine

benefaciendi promptitudine

ita gratus civitati,

ut omnes ipsi precetur vitam longam,

felicitatem vitae respondentem,

constantiam felicitatis conservatricem.

Neminem de se tristem abire patitur,

nisi causae iniquitas tristem abire iusserit.

Plura dat, quam promisit,

& tempus amisisse se putat,

quod non in civium commodis quaerendis consumserit.

Nunc quidem mors Fratres mutuo se amantes disjungit,

extinctos conjungit;

non tamen disjuncti esse possunt,

quamdiu superstes conjunctam


sibi virtutem FRATRIS habuerit.

Nos memores meritorum,

quae immeriti accepimus,

sepulchro adscribimus:

Quiescat in pace.



(o)



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.  
= Fumeralia K.-R.]

X.285598A

W 117  
W 118





L. N. J.  
MEMORIAM  
**GENTIS NESENIANAE**

in funere acerbissimo

VIRI

*Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi  
& Consultissimi,*

DOMINI

**JOHANNIS WILHELMI  
NESENI,**

Jcti Consummatissimi, Consulis Reipubl.

Zittaviensis longe meritissimi, Templorum Divi

JOHANNIS nec non PETRI ac

PAULI Procuratoris Primarii,

*cum d. 8. Maji M DCCXI.*

repentina quidem,

sed placida esset morte extinctus,

*d. 15. Maji*

in Templo Johannis

suum dormitorium

ad latus

desideratissimae Conjugis inveniret,

ex pietatis lege repetebat

simulque

**DOMO NESENIANAE**

dolorem

testabatur

**M. Adam Erdmann Mirus,**

Gymn. ConR.

ZITTAVIAE,

LITTERIS HARTMANNIANIS.

